Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite 769

Quelle:
Copyright:

mini coeperunt vellere ſpicas &c. usque ad XIX. ſive: *Quod Turbae Optulerunt Domino Mutos.* Hic interjecta eſt ex *Quaeſtionib.* LXXXIII. illa, quae numero in *Edit.* eſt LXI. et incipit: *Quinque Panes hordacei* &c. ſed non integra. Mox *Quaeſtiones Evangel.* a L. I. *Quaeſt.* XXXI. ad XXXIX. reſumuntur. Poſt hanc intercurrunt ex *Quaeſtionib.* LXXXIII. duae illae, quae in *Edit.* ſunt LX. et LIX. Demum *Quaeſtiones Evangeliorum* a *Fragmento Quaeſt. V. Libri II.* usque ad finem feliciter decurrunt. Adjacet clauſula: *Explicit in Luca.*

III. *fol.* 38. *Fragmento tertio* reſumuntur *Quaeſtiones* LXXXIII. ut ſupra monui, et quidem a *Quaeſt.* in *Edit.* LXVI. cujus abeſt initium. Numeratur haec in *Cod.* III. atque ut collationem inter *Edita* et *Codicem* ſuperius coeptam proſequar, ita ſe Numeri habent: LXVII — IV. LXVIII — V. LXIX — VI. Haec vero paullo ante finem in his verbis: *Corporis ſimilitudinem ducens*, abrumpitur. Habes operoſum recenſum disjectorum membrorum *Auguſtini*, cujus nomen ne ſemel quidem toto Codice exprimitur. Ut eum non reformidarem, ſinceritas et elegantia *Codicis* ſuaſit. Qua ratione *Quaeſtiones* hae adeo inter ſe miſceri et confundi potuerint, ex ipſius Autoris L. I. *Retractat.* c. 26. et *Prologo in Quaeſt. Evangel.* facile deſumes.

CCXXXVI.

Codex membraneus lat. Sec. 782 XV. Folior. 182. 8. luculente perſcriptus et minio decoratus complectitur absque indicatione *Meditationes* olim *Auguſtini* nomen praeferentes, certe ejus ſententiis refertas, quas Editores *Mauriani* ad *Adpend.* T. VI *col.* 107. ablegarunt, rationibus in *Monito* praevio expoſitis. Initium eſt: *Domine Deus meus da cordi meo te deſiderare* &c. Textus lectionis varietate non carens *Capitum* loco variis rubricis interſtinctus eſt, et ad calcem habet: *ſpliciunt meditationes auguſtini.* A *fol.* 119. p. 2. ſequuntur: *Hore crucis domini noſtri ibeſu chriſti. Hore de ſancto ſpiritu* et *de ſancta trinitate.* Poſſeſſorem quondam *Luſitanum* fuiſſe haec *pag. ult.* verba produnt: *Feria Vta XVI dias de Mayo Anno de mill IIIIXXXI anos na Cidade de Lixboa* &c. De Pace hoc anno cum *Caſtellanis* in XV. annos inita ſermo eſt.

CCXXXVII. VIII. H. 24.

Codex chartaceus hiſp. Sec. 753 XVI. Folior. 406. 8. quondam *Seb. Tengnagelii* Bibl. Aug. Praefecti τϐ πολυγλωττατϐ inſcribitur: *Las Meditaciones de Santo Aguſtin. Recogidas de Diuerſos libros de los antigos padres. Con otras meditaciones, Tomadas En la libraria de S. Victor. El Todo Traduzido de lengua Franceſa. En*